differentia Vnde nec à ſententia poſſeſſionis appellari poteſt, ſe-
cundum leges,licet aliud ſit in aliis,2.q. vj.ſunt etiã,quorũ.uerſi.
ſi de poſ.& C.ſi de momen.poſ.fue.ap.l.j Quidam autem dicunt,
quòd in præmiſſo caſu reuerſus reſtituẽdus eſt,vt res reſtituatur
in priſtinum ſtatum,in quo erat ante latam interlocutoriam,quo
ad hoc,ut idem ſubducatur decretum,& ut per illud nulla detur
actio,uel exceptio,quæ aliter dari poſſet,ff.de acqui.poſſeſ.iuſtè.
& ff.ne vis fi.ei,qui in poſ miſ.eſt.l.j.& hoc, cũ agit pro ipſa poſ-
ſeſsione ne quis inquietetur in ea.Si autem agitur pro æſtimatio-
ne poſſeſsionis,quod fieri poteſt,ut ff.uti poſ.l.pe & fi ff.qđ me.
cau.ſi mulier.§ qui poſſeſsionem.tunc pronunciabitur,ut in aliis
a ſimplicibus perſonalibus actionibus[a].†¶Generaliter autem pri-
39 mum decretum interponitur,tam in realibus, quam in perſona-
libus actionibus,quotieſcunque quis nõ defenditur, extr. ut lite
non conte.quoniam § in aliis.& § fi C.de iudic.l. properandum,
§.ſin autem.C.de præſcri.xxx.an.ſi quis emptionis §.fi.quod dic,
ut ŝ.tit.prox §.ſequitur.uer.ſi verò agitur.& ſeq. Item interponi-
tur in his,quæ uicẽ obtinent a[cti]onum:ut cum cautiones poſtulã
tur de damno infecto,uel de legatis,uel cum mulier petit ſe mit-
ti in poſſeſsionem cauſa uentris,nam hæ actiones inſtar obtinent
actionum,ut ff de act.& ob.l.obligationes uerborũ . Et quod his
caſibus fiat miſsio in poſſeſsionem,probatur ff.ex qui.cau.in poſ.
ea.l.j.2.3.& 4.& in præ.l.ſi quis emptionis §.fi..& ff.de dam. infec.
b l.4.§.j & ff.ut in poſſ.leg.uel fideicommiſ.is cui[b].Item habet lo-
cum,quando agitur interdicto Vnde vi,ad poſſeſsionem recupe
randam.Item in interdictis in rem ſcriptis , habet locũ miſsio in
poſſeſsionem cauſa rei ſeruandę:ut probatur & no ſecundum Pa
c pam,extrà de eo,qui mittitur in poſſeſsionem cauſa rei ſer c.j [c]Et
ſcias,quod quãdo agitur interdicto Vnde ui,uel actione ex emp-
to de qua infrà.§.uidendum.uerſi.ſed nunquid.vel alia perſonali
actione ubi fit miſsio pro menſura debiti declarati, decens eſt, ut
primo fiat miſsio in poſſeſsionem illius rei,de qua agitur:& ſi rati
one intereſſe aliquid plus debetur,faciat etiam in poſſeſsione ali
arum,licet ex cauſa aliud fieri poſsit quandoque. In realibus autẽ
& miſtis actionibus fit miſsio tñ in poſſeſsionem rei petitæ , niſi
d qñ latitat uel dolo deſinit poſſidere[d]:ut extra ut lite non conteſ.
quoniam §.quod ſi ſuper.& ff.ex quib.cau.in poſſ.ea.l.Fulcinius.
§.itẽ uideamus.& §.ſeq.& C.de præſcri.xxx an.ſi quis. §. fin. Sed
nunquid in hypothecaria fiat miſsio in poſſeſsionem?de hoc no.
40 ŝ.tit.prox.§.ſequitur.uer.ſed nunquid. †¶Quid ſi nomine alteri
us rei,plures conueniuntur?quod fieri poteſt,ut ſupra de actore,
ad fi.& unus tantum contumax ſit?Reſpon.non videtur quòd ꝓ
pter eius cõtumaciam,aliis non vocatis,ſit miſsio facienda,ff de
mino.l.Aemilius.& ar.ff.ex qui.cau.in poſ ea.hæc autem.hoc no.
Papa extra de reii.do.cum venerabilis.Sed quid ſi agitur Commu
ni diuidundo,uel Fami erciſ.iudicio, & reus cõtumax eſt?de hoc
infrà.§. uidendũ uer.ſed nunquid in duplicibus.& uer.item quæ-
ritur.Quod miſſus autem poſsidere,per ſe ingrediatur poſſeſsio-
nem,uel ſi formidat impediri,per nuncium iudicis,ſeu officialem
ſeu viatorem,in pſſeſsionem inducatur:ut in præ.l.is cui §.miſſus
41 in poſſeſsio.¶In ſumma no.quod ubi agitur perſonalibus acti-
onibus pro temporalibus,non fiet miſsio in poſſeſsionem ſpiritu
alium pro menſura debiti declarati : ut probatur extra,de excep.
e frequens.§.fi.& in conſt.Greg.X de iniur.c. & ſi pignorationes[e].
tum quia cum eis nequeunt permutari,ut extra,de rer permu. ad
quæſtiones.tum quia ſpiritualia æſtimationem non recipiunt , ut
C.de ſacroſan.eccle.nemo martyres.& ff.de var. & extraor. cog.
l.j.§.medicos. quare cum debito commenſurari non poſſunt.Sed
ubi agitur perſonali actione pro ſpiritualibus, puta ex permuta-
tione,uel donatione rerum ſpiritualium,& huiuſmodi, tũc bene
poteſt fieri miſsio in poſſeſsionem aliorũ ſpiritualiũ:& etiã fortè
in poſſeſsionẽ temporaliũ,præſertim ſi ſpiritualibus erant tempo
rales annexę,ſecundum Papam,qui hoc not.extra,de eo qui mit.
in poſſ.c.j.Item no quod tu realib.& miſtis actionibus fit miſsio
f in poſſeſsionẽ rei petitæ tantum:niſi[f]quãdo latitat,uel quãdo do
g lo deſiit poſſidere[g]:ut ff.ex quib.cauſ in poſſ.ea.l Fulcinius §.item
uideamus.& §.ſequen.C.de præſcript.30.ann.ſi quis.§ fin.In per-
ſonali uerò fit pro menſura debiti declarati,ut ŝ.uer.& ſcias.

ADDITIONES.

a Actionibus. ¶ Verba Iac. ver.hoc autem decretum.
b Cui. ¶ Scire debes,quod Ia.de Are.in l.ſi finita.ff.de dam.infec.§. item ui-
deamus.tenuit per ipſum §.& §.ibi pręcedentem , ꝙ quoties quis mittitur
in poſſeſsionem,quia ſibi non cauetur, vel aliquid ab aduerſario non præſta
tur,non aliter de poſſeſsione diſcedit,quam ſi ſibi cautum , vel præſtitum,
etiam ſi aduerſarius petat ut diſcedat,& ipſe ſibi vult expenſas reſtituere:
vt ibi:alleg.etiam ff.qui ſatiſ.cog.l.de die.§. hæres quoque.Secus.ſi fiat miſ-
ſio propter contumaciam aduerſarii:quia non venit coram iudice : q̃a tunc
miſſus de poſſeſsione diſcedit reſtitutis expenſis.C.de præſcript. xxx. ann.l.
ſi quis.& præſtita cautione de ſtando iuri,ut in decret.quoniam frequenter.
§.in aliis.Procedit ergo primum dictum Iac quando uenit ad iudicium,ſed
ad præceptum iudicis noluit cauere,uel prę́ſtare quod petebat actor : & eſt
ſimile,quod dixi ŝ § 2.poſt p[r]in.vbi de appel.loquor,
c c.j. ¶ Et quod ſequitur ibi,uide per me in uerſi . aliqui tamen. ante fin. ma-
gnæ.gloſſ.
d Poſsidere. ¶ Hoc in fi.repetit,& ibi dicam.
e Pignorationes.¶ Libr.6.
f Niſi ¶ Iſtud Niſi,uidetur incongrue poni:quia & tunc fit miſſio in poſſeſſio-
nem rei petitæ,licet olim in omnia:& patet per leges ſequen. ſuper quo vi-
de,quod not.in §.ſtatim alleg.ſed ſeruator,ſi illud tantum , quod procedit,
reſpiciat non rem,ſed miſſionem,ut dicat Miſſio tantum: & hœ intellige ĩ.
§.2.in prin.uer.eſt & alius.
g Poſſidere. ¶ Tunc enim,ſi pro re corporali agatur, per omnia proceditur,
vt in perſonali:vt patet per iura ĩ alleg.idem Azo in Summa, vbi ŝ. §. vbi
autem.facit,quod nota.& dixi in regula.pro poſſeſſore.de reg.iur.lib.6.

*SVMMARIVM.*

1 *Primum decretum à quibus iudicibus ſit poſtulandum.*
2 *Iudex Bonon.coram quo quidam Mutinenſis conuenitur ratione cõtractus, vel alia cauſa,an poßit mittere actorem in poſſeßionem bonorum, quæ reus habet Bononiæ,& decernere mißionem in poſſeßionem eße faciendam in bonis quæ conuentus habet Mutinæ,propter eius contumaciam.*
3 *In contractibus & delictis poteſt fieri remiſſio ad locum, ubi quis contraxit uel deliquit.*
4 *Iudex an poßit cogi ad iudicandum , ſi dubitatur ubi ſint debitores conuenti.*

1 4.§.Nunc videamus,† à quibus iudicibus primum decre
tum poſtuletur.Et quidem à maioribus & mi-
noribus,& etiam a magiſtratibus municipalib. & à delegatis, ff.
de dam.infect.dies.§ j uer. dies. extra,de offic delegat ex lite-
ris.extra, de eo, qui mittit in poſſeſſ. cauſa rei ſeruand . per to-
tum:de hoc not.in § reſtat.quod uerum eſt,quod poteſt pronun
ciare,ſi citatus ſit de eius iuriſdictione. Mittere enim in poſſeſsio
nem magis eſt iuriſdictionis,quam imperii,ff.de officio eius, cui
mand eſt iuriſdict.l.cognitio §.fin.Si autem certum eſt,eum non
eſſe eius iudicem,non poterit pronunciare:ſecus autem ,ſi dubi-
um ſit.Re autem ipſa mittere non minor,ſed maior iudex poteſt
ff.ad municpal.magiſtratibus.& ff.de iuriſdiction. omnium iudi
cum iubere. niſi in cauſa damni infecti. vt ff. de damn. infect.l.
dies. §.duas. quæ celeritatem deſiderat , ut eodem titulo .l. pri-
a ma.Iudex autem delegatus poſſeſsionem a ſe datam tueri debet[a]
vt ext.

ADDITIO.

a Debet. ¶ Sic etiam audiet tertium,qui dicit rem,cuius data eſt tenuta , ad
ſe pertinere:& eam,ſi de hoc conſtiterit,reuocabit, ſecũdum Ioan. de Deo,
lib.2.q.12.alle.de re iud.cum ſuper. & c.ſeq . de teſt. veniens. ij. Tertium
aũt rem uendicantem delegatus ille non audiet,de of.del. P. & G. An aũt
uendicans agat ꝯ miſſum,uel contra miſsionem paſſum?dixi ſuper dec.con
tingit.in fi.de do.& cont. ¶ Adde tu ad id,quod dicitur hic per Spec. de de
legato,uidelicet ꝙ non poſſit,per doctrinam.Hoſt.in c.quod ad conſultatio
nem.extra,de re iud.ubi refert eum,& ſequitur Ab.Sic.in ult.col.in fi.ꝙ iu-
dex delegatus habens expedire cãm intra menſem. ſi intra ipſum menſem
ꝯtumacem reum excommunicauit,poteſt poſt menſem abſolui.Vnde à ſimi
li dicendum in caſu noſtro.Poſſet tamen reſponderi, quod id habet locum
in iuriſdictione redacta ad certum tempus:hic vero,de quo hic, in ſimplici
commiſſione cauſæ:de quo tamen uide per Scribentes in c.querenti. extra,
de offi.delge.

ut extra, de teſti. ex parte, ubi de hot: & de ſimo. querelam. ſaltē
vſque ad annum, ut extra, de offic. deleg. querenti. licet alii di-
cant illū functum officio ſuo eſſe, ut e ti. literis. niſi ei ſpecialiter.
fuerit mandatum, ut in præ. c. ex parte. quia hoc ad ordinarium
ſpectat, ut dicūt, ff. ne uis fiat ei, qui in poſſeſſ. miſſ. eſt, l. 1. in prin
cip. & §. 1. & 2. & l. ſi quis miſſum. reſpond. 1. & uide infra. §. pro-
xim. uerſicul. & not. quod ſi miſſus. & infra. de excommu. ſentē.
2 §. nunc dicendum. prope princip. † ¶ Et no.[a] iudex Bononien. co
a ram quo aliquis Mutinen. conuenitur ratione contractus, uel
domicilii, uel alia quauis cauſa, ut extra. de foro. comp. capitu.
fin. poteſt mittere actorem in poſſeſſionem bonorum, quæ reus
habet Bononiæ: & decernere miſſionem in poſſeſſionem eſſe
faciendam in bonis, quæ conuentus habet Mutinæ propter eius
contumaciam: licet quidam dixerint, quod ſi reus nihil habet,
b Bononiæ, iudex Bononieñ. ulterius nō procedit:[b] quod falſum
c eſt: hæc probantur eodem titul. Romana §. contrahentes.[c] Et di-
d cunt quidam,[d] quod Bononieñ. iudex, quo ad bona, quæ ſunt
Mutinæ, exequetur ſuum officium per iudicem Mutiñ. & quan-
tum ad hoc, maior eſt iudice Mutinen. licet alias in officio ſint
æquales, C. de iudic. properandum. §. ſin autem reus. ff. de bo. au
cto. iudic. poſſ. cum unus. §. pen. & fi. Alii dicunt quod iudex Bo-
nonien. per ſe dabit poſſeſſionem bonorum, quæ ſunt Mutinę
e quod ego non credo,[e] niſi eſſet à principe delegatus, cum non
ſint tres ſub eius iuriſdictione, ff. de iuriſdict. omn. iudic. l. fin.
C. qui ꝑ ſua iuriſdict. l. prima. 16. quæſtion. vi. placuit. ad fin. ex. de
foro comp. ſane. Poteſt tamen decernere, ut prædixi. Quidam e-
tiam dicunt, quod ſi Mutinenſis non pareat iudici Bononienſi,
tunc iudex Bononienſis mittet literas ad iudicem Mutinenſem,
3 ut mittat in reum. † Nam & in contractibus & delictis ſit remiſ
ſio ad locum, ubi quis contraxit, uel deliquit, ut dicitur C. ubi
de cri. agi opor. authent. qua in prouincia. Et ſi iudex Mutinen
ſis non miſerit, punietur in tribus libris auri, & eius officiales in
tantundem: quod ſi propter lucrum id Mutinenſis faciat, etiā
eius cingulo priuetur, in authent. ut nulli iudic. §. ſi uero quis
comprehenſorum, & C. ubi cau. ſtatus agi deb. l. prima. C. de re-
q. re l. 2. Quandoque etiam aliter punitur. ff. de ſer. fug. l. 1. § hoc
4 autem. ſed hodie ſtandum eſt in hoc illi §. contrahentes. † ¶ Quid
ſi dubium ſit, vbi ſint debitores conuenti, & ipſe comparet, nū
quid cogi poteſt eos indicare? Dicunt quidam, quod non, ar-
gument. ff. qui bon. ce. poſſ. l. in omnibus. nam hoc committitur
inquiſitioni executoris, & ſolicitudini iudicantis, ſecundum Pi
leum, argument. C. de his, qui ad eccleſ. confug. l. fin. §. cum au
tem. nec debet hoc eius ſacramento committi. Alii tamen con
tra. nam & de inquiſitione & diligentia erit, ut faciat eum ſatiſ.
facere de conſcientia ſua, ut in ea. l §. ſane. & argumen. C. de iusre
delib. ſcimus. §. licentia. & argument. in authen. de teſt. §. ſi uero
deducens.

## ADDITIONES.

a Not. ¶ Secundum benedictum, quem in hoc tractatu alleg, auctor, & ſecū cundum Iac. Bal.
b Procedit. ¶ Sed vadat actor Mutinam iuſtitiam petiturus. & hoc dictum prædicti duo attribuunt Azo.
c Contrahentes, ¶ Lib. 6.
d Quidam. ¶ Prædicti duo.
e Credo. ¶ Item Ioan. de Deo in vlt. col.

## SVMMARIVM.

1 *Effectus primi decreti in perſonali actione quis ſit.*
2 *Miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto, an lucretur fructus.*
3 *Primi decreti effectus multiplex eſt in reali actione.*
4 *Obligationem habere non dicitur quis in re ſua.*
5 *Miſſus in poſſeſſionem alicuius rei, ſi ipſam intra annum alienat, deinde in tra eundem annum reus uenit, quid iuris.*
6 *Miſſus in poſſeßionem ex primo decreto, an poßideat.*
7 *Poſſeſſor rei mobilis an in perſonali actione debeat expelli.*
8 *Mißione facta in poſſeſſionem terrarum, quis eas debeat excolere.*
9 *Miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto, quomodo in actione reali dicatur poſſidere,*
10 *Probare volens de dominio, quamdiu audiendus ſit.*
*Miſſus in poſſeſſionem, ſi ſcit rem eſſe alienam, an præſcribat.*
11 *Non domino bona fide tradente, an quæratur uſucapio bona fide accipienti contra omnem dominum.*
12 *In perſonali actione miſſus in poſſeſſionem, qua ratione non poſſideat, in reali autem ſic.*
13 *Miſſus in poſſeſſionem vere poſſidet, & fructus percipit, tanquam creditor conuentionalis.*
14 *Miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto ſi deijciatur, an poſſit petere reſtitutionem, aut agere, interdicto Vnde vi.*
15 *Decretum iudicis vbi ad poſtulationem actoris ſibi dedit poſſeſſionē reo non citato, an ſit ualidum.*
16 *Prætoris edictum prodi poteſt, vbi miſſus in poſſeßione m ex primo decreto non admittitur, mandato iudicis ad poſſeſſionem.*
17 *Auxilium quotuplex ſurgere dicatur ex prætoris edicto.*
18 *Hæres, á quo legata petuntur, an & quo pacto teneatur legatarijs ex edicto pretoris, ſi eos prohibuerit in poſſeßionem venire, &c.*
19 *Auxilia ex prætoris edicto ſurgentia, intra annum dantur ad intereſſe tantum.*
20 *Remedia competentia miſſo in poſſeßionem, & non admiſſo ad poßidendum, quæ ſint.*
21 *Primi decreti effectus in actione perſonali quis ſit.*
22 *Mißionem in poſſeßionem patiens, ſi intra annum venerit coram iudice, an & quo pacto poterit poſſeßionem recuperare.*
23 *Præſcriptio quomodo fiat, aut interrumpatur, vbi quis patitur mißionem in poſſeßionem.*
24 *Poſſeßio vſque ad quod tempus repeti poſſit poſt interruptionem præſcriptionis.*
25 *Miſſus in poſſeßionem poſt interruptionem præſcriptionis illius, an poterit præſcribere.*
26 *Præſcriptio an currat ſine poſſeſſione.*
27 *Cautionis ſola preſtatio non reſtituit poſſeſſionem ſed tantum interrumpit præſcriptionem annalem; & cui, aut quibus danda ſit talis cautio. & nu. ſeq.*
28 *Decretum c. Paſtoralis, coram quocunque factum, an teneat: aut quas perſonas publicas interpellet.*
29 *Aduerſario abſente proteſtari debet is qui præſens eſt cum ſolennitate tabellionum, quòd ageret, ſi aduerſarius adeſſet.*
30 *Ordo ſcripturæ ſemper eſt ſeruandus.*
31 *Miſſo in poſſeßionem an per iudicis, aut tabellionis actum acquiratur actio contra patientem ſe mitti.*
32 *Annus datus ad recuperandam poſſeſſionem, quando currere incipiat.*
33 *Iudex ſi reſtituat poſſeſſionem rei, non citato actore, an teneat reſtitutio.*
34 *Excōmunicatus, vel miſſionem in poſſeſſionem paſſus, ſi intra annum veniat offerens cautionem idoneam & expenſas miſſus vero vocanus cōtumaciter ſe abſentat, an iſte mißionem paſſus mitti poſſit in poſſeſſionem rerum, de quibus agitur.*
35 *Beneficium iuris nemini eſt negandum.*

¶ Primi decreti effectus quis ſit.

5. §. Iam de effectu primi decreti primo videndū reſtat.
Super quo no. quod aut eſt actio realis, aut p-
ſonalis: ſi quidem eſt perſonalis, multiplex eſt primi decreti effe-
a ctus. Et primo[a], nam per illud habet miſſus & cuſtodiam, & de-
fenſionem rerum: quod dicitur iudiciale, vel prætorium pignus.
videtur enim ſibi conſtitutum, poſtquam inductus eſt in poſſeſ-
ſiònem, ff. de pig. act. non eſt mirum, & C. qui po in pig. hab. l. 2.
C. ut in poſſeſ. leg. ſi poſtea quam. & l. qui legatum. C. de præt.
b pig. l fin. Contra infra verſicul. ſed quæritur[b]. Et hoc dico pro-
pter quoſdam fatuos nuncios, ſeu executores iudicum, ſeu
curiarum, qui quando mittunt aliquem in tenutam, ſeu poſ-
ſeſſionem cauſa rei ſeruandæ, mittunt illum duntaxat in poſ-
ſeſſionem vnius rei dicentes: Nos mittimus te in poſſeſſionem
pro iſta, & pro omnibus aliis: vel damus tibi hæc, & omnia alia,
cauſa rei ſeruandæ, Et quandoque oſtendunt illa omnia, & quan-
doque non. Sed quando oſtendunt, videtur poſſe eorum error
ſubleuari per leges, ff. de acqui. poſſeſ. quod meo. §. ſi vendito-
rem. Sed certe illa. l. loquitur in poſſidente, qui per oculorum in-
ſpectionem poſſeſſionem transfert: at nuncius nullam habet poſ-
1 ſeſſionem, ideoque nullam transfert. † ¶ Eſt & alius effectus in
perſonali actione: quia niſi debitor ſatisfaciat creditori miſſo
in poſſeſſionem, poterit ipſe creditor ſine libello petere à iudice
bona vendi, in quorum poſſeſſionem miſſus eſt, ſi debitor latitat
vt not. j̄. §. nunc dicamus. verſicu. illud etiam, & ſeq. Alius autem
c hoc impetrare non poſſet, vt ibidem. ¶ Tertio[c], quia habet cu-
ſtodiam, non tamen veram poſſeſſionem: ut j̄. dicam. Et enim in
poſſeſſione, ſed non poſſidet. nam longè aliud eſt poſſidere, &
aliud in poſſeſſione eſſe: vt ff. de acquiren. poſſeſſio. ſi quis autē
¶ Quartò,

## ADDITIONES.

a Primo. ¶ Verba ſunt Roſ. ff. de bonis auctor iu. poſ. verſicul. in primis quæritur. & hoc vſque ad verſicul. tertio. reliqua ſumpta de rubrica de primo decr. Dyn. vbi s̄. ad infra ſcriptos effectus addebat iſtum, quod ordine peruenitur ad interpoſitionem ſecundi decreti, ff. de dam. infec. dies. §. ſi forte daretur. vnde tenet de ſecundo decr. vbi s̄. q. 14. quod non teneret ſecundū non præcedente primo, per l. qui duos. ff. de reb. dub. & C. de execu. rei iud. l. j. & ff. de re iud. ſi cum nulla.
b Quæritur. ¶ Sed in reali loquitur.
c Tertio. ¶ Iſte verſic. fuit additio, vſque ad ver. ſed vtrum. & hoc in dicit errorem in ver. ſed pone.

¶Quarto,quia pro illius poſſeſſionis defenſione competit inter
dictũ Vti poſſidetis:ex quo ꝯpetit ei actio in factũ,quanti ea res
erit,ut j.ver.& no.q ¶Quĩto,ut ipſã poſſeſſionẽ alii, loca & fru
ctꝰ eiꝰ,cuſtodiat,& interdũ eos uẽdat,& ptiũ ſeruet:vt ſ.§.reſtat
a uer.hoc a ũt a.¶Sexto, ut ex ipſis rebus alatur : ut in eo. uerſicu.
2 †¶Septimo,quia lucratus fuit fructus,ſecundum quoſdam, ut
in d.l.Fulcinius.§.fin.ff. de leg. 1. filiusfamilias.§.diui. Seuerus &
Antonius.in fin.Alii contra:ut ff.ut in poſſ.leg.vel fideicommiſ.
is, cui.§.qui legatorum ut in præd.l.Fulcinius.in princip. de hoc
in pręuerſic.hoc autem.¶Octauo,quia miſſus potior eſt aliis po
ſtea uenientibus,qui nullam habent hypothecam:& etiam his,q
poſtmodum ſimili iuſſu iudicis capiunt : quia qui prior eſt tem-
pore,potior eſt iure:ut extra de iure pa.quod autem. C. q po. in
pig.hab.ſi decreto.Quod intellige de his tantũ creditoribus,qui
nõ ſunt eiuſdem tituli,ut in præ.l.is cui.§.ſi plures.Si enim eſſent
eiuſdem tituli,omnes concurrerent eodem iure, ſcilicet poſte-
riores cũ prioribus,ut ff.de priuil.cre.priuilegia ff. de bo. aucto.
iud.poſ.cum vnius.C.eo.ti.l.fi.in prin.Sunt & alii effectus primi
3 decreti , ut infra,uerſicul.eſt & alius.& uerſicu.porro.†¶ In reali
autem actione ſimiliter multiplex eſt effectus primi decreti ; &
primo,quia quæritur miſſo actio ex illo edicto,ne uis fiat ei,&c.
nam hoc edictum pertinet ad omnes miſſos in poſſeſſionem , ff.
ne uis fiat ei,qui in poſ.miſ.eſt,l.1.§.1.¶Secundo, quia ſtatim in
cipit poſſidere:ut infra.uer.ſi uero agatur.¶Tertio,circa fructus
eodem modo,ut ſupra.in perſonali dictum eſt.¶ Quarto, quia
loca percipit & cuſtodit,& quandoque uendit fructus : prout in
perſonali actione dictum eſt. Alii etiam effectus in hoc tractatu
4 inueniuntur.†¶ Sed quæritur , an propter hoc contrahatur ali
quando prætorium pignus ? & uidetur,quod ſic:ut ſup. in prin
cip.huius §.Sed dic,quod non:quia in re ſua non poteſt quis ob
ligationem habere,ff.de reg.iu.neque pignus.ff.de pig,act.ſi rem
licet caſualiter contrarium obtineat ff.ad Treb. debitor ſub pi-
gnore.&,ſecundum quoſdam,C.eod.authẽ.contra rogatus.De
aliis autem effectibus non videtur dubium , quia ad hoc non p-
tinent Non enim ideo potior eſt,quia miſſus eſt auctoritate iudi
cis,ſed quia eſt rei dominus.Res enim ſua eo inſcio nõ potuit ab
alio obligari,C.ad Vellei.ſi ſine. Item in ſolutum danda non eſt:
quia quod meum eſt,amplius fieri non poteſt meum,extra.de fi
de inſtrum.inter dilectos.prope fin.ff.de regu.iu. ex pluribus. Itẽ
quod uendere,poſſit hoc eſt ex eo,quod eſt dominus:non ex eo
5 quod eſt in poſſionem miſſus.†¶Sed pone,quod miſſus intra an
num alienat rem ipſam.deinde intra eundem annum reus ueniet
quæritur,qualiter ei conſuletur ? Reſpon. iudex ex officio ſuo,
reſtituet ei poſſeſſionem emptore excluſo , uel ſaltem per triti-
cariam actionem,ff.de tri.act.l.1.§.fin.& l.2.& ipſum alienatorẽ
qui habebat tãtum cuſtodiam,quia intrauerit alterius poſſeſſio-
nem,condemnabit ad omne damnum . quod ex eo reuerſus paſ-
ſus eſt,C.de acqui poſ.ex libris.§.ſed ipſe. Sed contra hoc , quod
dixi de triticaria,facit,quia reuerſus tempore alienationis , non
b poſſidebat,imo miſſus b.vt j.uerſic.ſi uero agatur. Vnde dic , da
ri actionem in factum contra illum ratione poſſeſſionis, quia æ-
quitas hoc ſuadet,ff.de præſcrip. verb.l.quoties.infra.uerſic.ult.
not. Alii dicunt dari utilem actionem ex lege illa,C.de acq. poſ.
ex libris.Sed ibi loquitur,quando tradens alii,uel perdens,habet
cauſam à me,& nomine meo poſſidet:ſed miſſus in poſſeſſionẽ,
ſuo nomine poſſidet.Item contra alienam rem datur actio in fa-
6 ctum ex illo edicto,de ali.iu.mu.cauſa facta. †¶ Sed utrum miſ-
ſus ex primo decreto , poſſideat ? ſuper hoc diſtingue. nam aut
c agitur perſonali actione,aut reali.c Si perſonali,miſſus non poſ-
ſidet indiſtincte,ſed detẽtat,ſecundum omnes,ff acqui.poſ.poſ
ſideri § fin.ff.uti poſſi.l.ſi duo.§.creditores.ff.de dam. infect. ſi fi
nita.§ Iulianus.& dixi ſupra.titu.proximo.§. ſequitur. uerſ.por-
ro ſi agatur.& detinebit,donec aduerſarius tædio affectus ueniat
reſponſurus, ut in præ.l.is cui.reſp 1. & extra , ut lite. non con-
teſt.quoniam. § in aliis.nam licet actor, ſiue creditor mittatur
in poſſeſſionem , non tamen dominus , ſeu reus eiicitur de illo,
loco vt in præ l.is cui.in princip & in præ.l poſſideri. in fin. & in
præ.§.Iulianus & ff.quorum legat.l.prima §.quæſitum.niſi iudex
ex officio ſuo illum iubeat recedere , ne actor & reus ad rixas ue
d niant ſi ambo poſſideant d argument. ff. de vſufruct. ſi cuius §.
ſed ſi inter duos alias incipit l æquiſſimum.& alias,ſi uſufruct.&
tunc iudex poterit conſtituere quis bona illa debeat tollere.
7 †¶ Sed cum in perſonali actione poſſeſſor expelli non debeat
de poſſeſſione , vt iam dixi , quæro qualiter fiet miſſio in re mo
bili ? Reſpond dicunt quidam quod cum fit miſſio in re mo-
e bil. debet expelli : ſecus , ſi in immobili : argument. in præ.l. is,
cui.e vbi dicitur , quod miſſus in poſſeſſionem cuſtodiet fructus
ne diſſipentur : & diſtrahet eos qui non poſſunt ſeruari :& eodẽ
modo videtur , quod miſſus cuſtodiet rem mobilem,ne diſſipe-
tur. Veruntamen in ciuitate Bonon.res huiuſmodi ſequeſtran-
tur,cum inter ciues & ſcholares eſt quæſtio. quod fieri videtur
contra iura,ſiue agatur reali,ſiue perſonali actione , vt extra, de
ſequeſt. poſſ.capit.1.prope fi. Sed hoc ideo fit ibi:quia de ſchola
rium formidatur receſſu,ff.qui ſatiſd.cog.ſi fideiuſſor. §. fin.Cũ
autem eſt quæſtio inter ciues,tunc bene fiet miſſio in re mobili,
nec expellitur de poſſeſſione,ſed poſſeſſor habet rei cuſtodiam,
& facit tædium ſuper ea. Sed qualiter poteſt facere tædium ſu-
per ea,ſi alius eſt in poſſeſſione rei mobilis ? Dic de hoc, & de a
8 liis circa hoc,ut infra.uerſic.porro in perſon alibus † ¶ Sed quis
excolet terras,cum facta eſt miſſio in poſſeſſionem ? Dico,quod
dominus , & debitor , ſi,vult:alias miſſus id faciat , ff.ut in poſſ.
f leg.is cui.§.qui legatorum. f † ¶ Si vero agatur reali, tunc miſſus
9 in poſſeſſionem ex primo decreto poſſidet vere , non tamen in-
commutabiliter , quia ſi reus intra annum venerit , reſtituetur,
ei poſſeſſio:vt in pd.dec.quoniam.§.in alijs & C de præſ.xxx.uel
xl.anno.ſi quis emptionis §.pen.& extra , de eo qui mit.in poſſ.
cauſa rei ſer.per totum. Veruntamen licet poſſideat , non tamẽ
vſucapit , niſi poſt annum , ſecundum Azo.M.Io Goff.& Rof-
g fred h Alii autem ,ut Bul.& Iaco.g & Hu.& Ber. & quaſi omnes.
h Canoniſtæ , dicunt quod non vere poſſidet , ſed cuſtodit : ſicut
i& in perſonali dictum eſt , ff.de acqui.poſſ.poſſideri §.fin.ff.ut
in poſſ.leg.is cui.in princip.& in præ.§.in aliis.& extr. de offi.or,
paſtoralis.in fin.& de do.& contu. contingit. in quibus dicitur,
quod poſt annum uerus efficiatur poſſeſſor:ergo uidetur quod
prius non erat : extra.de eo , qui mit in poſſ.cauſa rei ſer.capitu.
penul.& fin.ubi dicit,cauſa cuſtodiæ.ad idem facit eodem. titul.
capitu.1.& ſecundum iſtos,anno elapſo incipit poſſidere, quaſi
ſecundo decreto interpoſito . Nam tantum operatur in reali-
bus tranſcurſus anni , quantum in perſonalibus ſecundum de-
cretum. Prima opinio mihi magis placet : & quod dicitur in
præ.decr.uerus efficiatur , debet exponi ,id eſt , incommutabilis:
quia uere poſſidebat intra annum , ſed commutabiliter : & hoc
probat præ.decre.paſtoralis. in fin.ibi. ubi dicit , poſt annum re
cuperare poſſ &c ergo paret,quod eam amiſerat:& idem habe-
tur in præ §.in aliis.& ad hoc etiam facit præ.l.ſi quis emptionis
extra.de ſeq.poſſ.cap. 1. in fi. Si igitur uere poſſidet anno elapſo
non cogitur reſtituere rem reuerſo , niſi probet ille de iure, uel
10 de dominio ſuo:ut in præ §.in aliis † ¶ Sed quamdiu audietur,
nolens probare de dominio ? Reſpon.uſque ad decem annos in
ter pſentes,uel 20.an.inter abſentes:quia ex eo tẽpore fuit poſſeſ
ſor dñs,uel ſaltem habuit iuſtum titulum poſſidendi , ſecundum
Bag.ff de Pub.l.3.in fi.Si eñ titulũ nõ haberet,non fieret dñs. C.
de præſc-

ADDITIONES.

a Antem. ¶ Si ponderaſſet auctor,quod ibi dixit , ſed in his caſibus non ſic
miſcuiſſet caſus,quibus fit misſio ob contumaciam ad illos, quibus fit ob
fauorem.

b Miſſus. ¶ Supra proxime dixit contrariũ , quare videtur actor fuiſſe ſom
nolentus : quod patet etiam ex allegatione ſequenti, qua allegat §.in quo
ſumus.quis dederit illum errorem,dixit ſ.verſicul.3.quia intendit auctor,
hic,q licet poſſesſio posſit condici per triticariam, per illum , qui vi deie-
ctus eſt,illud tamen locum habet in posſidente:ut dicit l.2.ſuperius allega
ta.Sed iſte paſſus misſionem non posſidebat tempore, quo miſſus aliena-
uit,ergo &c.Circa triticariam autem ſciant Canoniſtæ , quod eius condi-
ctio irregularis eſt,id eſt,certa regula non comprehenditur : quia circa cõ
tractus uel quaſi,& circa maleficia uel quaſi , circa mobilia & immobilia,
corporalia & incorporalia,ſuam poteſtatem extendit,ad quorum alterum
regulares reſtringuntur:& habet locum, vbicunque res petitur,ſumpto lar
gisſimè nomine Rei,ut corporalia incorporalia & cõprehendat, excepta,
ſola pecunia numerata.Sola dico:quia licet non comprehendat ea,quæ cõ
ſiſtunt in numero , bene comprehendit ea,quę ſunt in pondere, uel menſu-
ra ;quæ licet ſub largo nomine pecuniæ comprehendantur , 1. q. 3. totum.
ff.de leg.1.talis ſcriptura.non tamen comprehenduntur ſub nomine pecu
niæ numeratæ.

c Reali. ¶ Sunt hæc verba Ia.Bal.vſq; ad ver.ſed cum. æque breuius ponit
in ver.miſſus autem. Adde,quod miſſus in poſſesſionem ex primo decreto
in perſonali non posſideat:quod ſcripſit Rof.conſilio cl.

d Posſideant. ¶ Idem Io.de Deo, 4.col.

e Cui.¶ §.qui legatorum.uer.in cæteris.& Dy.dicit ibi eſſe caſum quæſtionis
per id , quod hic ſequitur.dicit etiam ibi textus , quod legatarius miſſus
in poſſesſionem , ſic res hæreditarias cuſtodire debet,ut neque hæredi au-
ferantur,neque depereant, deterioreſue fiant. Præmittitur tamen , quod
paſſus misſionem illos conſumere non poterit,quorum cuſtodiam habet
miſſus.

f Legatorum. ¶ Dicebat Dyn.vbi ſupra.q.12.quod idem not.in l.prætor.in
princip.ff.de bon.aucto.iud.poſſ.ad idem eod.titul.in venditione.§.1.Itẽ
locabit, vt ibi ,de hoc ſupra eodem.§.in princip.ver.5.cum ſua remiſ.Sub
debat Dy.q ſi ueniſſet dies ſolutionis,cultura ſpectaret ad creditorem , ut
no.ea.l.is cui.§.quod ſi.loquitur tamen ibi de die conſtitutionis , de quo
§.imperator.ead.lege.

g Roff. ¶ Et Gui.de Suz.ubi ſ.

h Iac. ¶ Vbi ſ.uer.in reali autem.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

a de præſc.x,uel xx.an.l.1.J.uer.ſed vſque.[a] ¶ Quid ſi miſſus ſcit rē
alienam eſſe? Dicit Baga ꝙ præſcribet prædicto tempore, ſi tem
pore miſſionis habuit bonam fidem, licet poſtea habuerit rei cō
ſciētiam alienæ.ff.de uſuc.l.is qui.§.fin.C.de vſuc. transfor.l. 1.Si
autem à principio habuit malam fidem, ſecus eſſet, arg.ff.de iudi.
b ſi prætor.§.fi.Tu dic, ut ext.de præſc.c.fi.[b] † ¶ Quid ſi res illa erat
tunc alterius, & non rei? Dixit, ꝙ nō præſcribet contra eum, ar.
ff.de nox.electio.§.fi.ff.de reg.iur.non debet.& l.quod noſtrum.
Arg.contra, ꝙ non tam facto alterius, quam iure publico ei præ
iudicatur, ar.ff.de vſur.l.1.ff.de dam.infe.damnum §.1 nā & nō
domino bona fide tradente, quæritur vſucapio bona fide accipi
11 enti aduerſus omnem dominum: ut inſtit.de uſuc.§.quod autem.
12 & ar.ff.de re iud ſepe.& in auth.ut ſpon.lar.§.rurſus.† ¶ Sed quę
c eſt ratio, ꝙ miſſus in perſonali non poſſidet, in reali uero ſic?[c] Re
d ſpondeo[d], quando ago perſonali, ago contra illum, qui mihi o
bligatus eſt ex contractu uel quaſi maleficio, uel quaſi. Vnde ſi
mittor in poſſeſſionem pro menſura debiti declarati, ut ſ̄.titulo
proxim.§.ſequitur.uer.porro.quodam extraordinario iure mihi
ſubuenitur: quia (ut ita dicam) mittendus eſſem in poſſeſſionem,
perſonæ.quæ obligata eſt: & non in poſſeſſionem rei, quæ obliga
ta non eſt.ſicut & alias in delictis perſona punienda eſt, non res,
quæ nō deliquit: ut in auth de man.princi.§.oportet.collat. 3.ſed
quia perſona libera poſſideri non poteſt, ut ff.de acq.poſſeſſ.cum
hæredes.§.finali.& extra, de pign.c 2.ideo mihi ſuccurritur in re-
bus, non vt eas poſſideam, ſed ut cuſtodiam, donec tædio affec-
tus, &c. ut in dec.quoniam frequenter.§.fin.& ubicunque ius di-
cit, aliquem mitti in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ, & ꝙ cuſto
dit, & quod tædio affectus, &c. intellige in perſonali loqui, non
e in reali, ſecundum Rofre.[e] Sed certe non eſt ita in præd. decreta.
quoniam.§.in aliis.ubi dicit, tædio affectus, & tamen loquitur in
f reali.[f] In reali autem ideo miſſus poſſidet, quia quando ago in
rem, dico rem meam eſſe, ſicut in rei vēdicatione: uel ius in ea mi
hi competere, ſicut in hypothecaria, & in confeſſoria & in aliis re
alibus: & ſic tunc agendo contra perſonam, ago contra illum qui
nullo iure mihi obligatus eſt: ſed ideo ago, qa tenet rem, ut Inſt.
de ac.§.1.& ideo ſi perſona citata non compareat, dignum eſt, ꝙ
mittar in poſſeſſionem rei petitæ: & ꝙ poſſideam, cum hoc ſit or
dinarium, vt ex quo non eſt qui defendat, quod rem illam poſſi-
deam: quia dico meam, uel me in ea ius habere, præſertim adhibi
ta ſolennitate, de qua dixi ſ̄ §.ſequitur.in prin.ſicut in noxali nul
lo defendente ſeruum noxium, datur mihi abducēdi facultas. ff.
ſi ex nox.cauſ.aga.l.2.ī fi.& ff.de nox.electio.§.fi in fi.male ergo
pronunciant iudices, quando dicūt. Mitto te in poſſeſſionem cā
rei ſeruandæ, ſecundum Roſ.uod dic, ut in præ.§.ſequitur. uerſi.
13 ſed non videtur.† ¶ Miſſus ergo uere poſſidet, & fructus rei per
cipit: ſicut & creditor conuentionalis, ut C.de pig.ac.l.2.licet hic
non teneatur de percipiendis, ut ille: ſed de perceptis tantum, ſi
contumax intra annum recuperet poſſeſſionem: ut ar.ff. de bon.
aucto.iu.poſſ.prætor.§.2.& § eſt præterea.ſecundum Roſ.nō ta-
14 men facit ſuos, ut dixi ſ.§.reſtat.uerſ.hoc autem.† ¶ Sed quid ſi
miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto, deiicitur.nunquid po
teſt petere reſtitutionē, ſiue agere interdicto Vnde vi? Et quidē,
g in reali poteſt,[g] ſecundum nos, qui dicimus, quod uere poſſidet
in hoc concordat Papa, prout no.in præd.c.contingit. Alii uero,
qui dicunt, quod ſolum cuſtodit, dicunt, quod petere poteſt reſti
tutionem condictione ex lege illa, C de præ.pig.l fin.xvi.q.6.pla-
cuit.3.q 1.redintegranda.non tamen aget interdicto Vnde ui, ut
ff.de acq.poſſ.poſſideri §.fi.quod non datur, niſi poſſidenti deie
cto ff.de ui & vi ar.l.j.§.non autē alii.& §.hoc interdictum. Et ea
h dem ratione videtur, ſecundum eos,[h], quod nec condictio ex l ſi
quis in tātam.C.vnde vi.De hoc, & an agat interdicto Vti poſſi
detis, no in præd.dec.contingit.&, ſecūdum V in.ext.de ſequeſt.
poſ.c.1.Si ergo miſſus expellitur, uel impeditur, uel non admitti-
i tur, habet ius, quo ad petitorium & poſſeſſorium, ſecundū Roff.[i]
Quoad petitorium, quoniam habet hypothecariam, ut ff.de pig
act.l.non eſt mirum. habet enim ex tali poſſeſſionem prętorium
pignus: ut ibi, & ſ̄ in prin.huius §.quare habet hypothecariā, ut
C.qui po.in pig ha.l 3.& C.ut in poſſ.le.ſi poſtquam.& l. qui la-
gati.Poſſeſſorium autem habet, ſiue expellatur, ſiue non admit-
tatur, ut ff ne vis fi.ei, qui in poſ.miſ.eſt, l.1.ff.ut in poſſ.le.is cui.
§.miſſus.ff.de dam.infect. dies.§.2.in quo forma libellum, ut in-
fra de eo, qui mit.in poſ.cauſa rei ſer.uer.porro.& ſeq.In perſo-
nali autem miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto, non tenetur
rei vendicatione, cum non habeat facultatē reſtituendæ rei, quia
tantum cuſtodit, ſecūdum Papam. Alii contra.prout no.in præ.
K c.quoniam.§.ſi autem[k]. ¶ Eſt & alius effectus primi decreti, nam
miſſio unius creditoris prodeſt omnibus, C.de bo.aucto.iu poſſ.
15 l.fi.† ¶ Sed quid ſi iudex ad poſtulationem actoris dedit ſibi poſ-
ſeſſionem reo non citato legitime, nunquid proderit actori tale
decretum? Dicunt quidam,[l] quod ſic, quia licet decretum ſit iniu
ſtum, tamē tenet, ar.11.q.3.c.1.nec miſſus eſt prohibendus: nam
iuſte poſſidet, qui auctore prætore poſſidet, ff.de acq.poſ.l.iuſte.
ff.de reli.& ſump.fu.at ſi quis impediat.§.1.& præterea functus ē
officio ſuo, bene, uel male decernendo, extr.de off.deleg. in lite-
ris.ff.de re iu.iudex.& conuentus petet in integrum reſtitutionē
contra iniuſtum decretum, ar.ff.de iudi.ſi prætor.§.Marcellus.&
de dam.infec.ſi finita.§.ſi forte.& de priui.cre.imperatores. & iū
ge, quod eſt infra ver.quid ſi ipſe. Dic contra: & reus ſua auctori
tate poteſt impune miſſum prohibere, cū factum iudicis, niſi ſit
legitimum, non teneat, ff.de re.iur.factum à iudice.ext de conſt.
eccleſia in fin.C.lib.x.de iu.fiſc.prohibitum. Decretum enim hu
iuſmodi interpoſitum videtur ipſo iure non ualere, ff.de re. eorū
qui ſub tu.uel cur.ſunt, l.mag.§.ſi æs alienum.ff.de tranſact. cum
hi.§.ſi prætor. Vnde videt, quod iudex illud poſſit reuocare, ex-
tra, de accu.qualiter.1.Item dicit lex, quod ſi iudex vendit bona
non latitantis, tanq̄ ſi latitaret, non tenet vēditio ipſo iure, ut in
præ.l.Fulcinius.§.ſi quis bona. Talia enim, quæ in facto cōſiſtūt,
& pręcepta iudicū, quoties male facta ſunt poſſunt per ipſos iu
dices reuocari.quod dic, ſecundum Inn.IIII.ut no.in præ.c.in li-
16 teris.† ¶ Et no.[m] ꝙ ſi miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto,
m non admittitur ad poſſeſſionem iuxta mandatum iudicis, ſuper
hoc proditū eſt ei auxiliū, ſcilicet prætoris edictum, ſiue miſſus,
ſit in poſſeſſionē cauſa rei ſeruādæ, ſiue nomine legatorum, ſiue
nomine uentris, ff ne vis fi.ei, qui in poſ.miſſus eſt, l.1.§.eſt autē
17 generale.& §.hæc uerba.† ¶ Ex quo nempe prætoris edicto, tri-
plex

## ADDITIONES.

a Vſque. ¶ Patet per proxime dicta, ꝙ uer.iſte loquit̃ de miſſo in reali: & de
tali Dy.ubi ſ̄.in x.q.tenet miſſum in reali poſt litem ꝯteſtatam, uel quaſi cō
teſtatam, præſcribere ſpatio x.uel xx.an.ut not.in l.2.C.ubi in rem act. An-
te litem uero conteſtatam, & ante lapſum anni, non incipit præſcribere. In
perſonali uero, quia non poſſidet eo tempore, non præſcribit, ſed poſt xxx.
annos repellit abſentem, quantuncunque cauere uelit, ut not.in d.authent.
ei qui iurat.& in auth.de exhiben.§.ſi uero. intra xxx. annos rediens & ca-
uens, conſequitur etiam poſſeſſionem, niſi res ſit res ſit uendita, vel adiudi
cata.ſic loquuntur not in præ.l.2.& in l.conſentaneum.C.quomodo & quā-
do iud.& ſic intelligas quæ ſequuntur. Scire debes. quod Ia.de Ra. & Petr.
hęc duo dicta impugnaut.dicentes de miſſo in reali, quod longa præſcrip-
tione, x.uel xx.an.ſe tueri non poteſt, cum illa non procedat ſine titulo, C.
de præſcrip.long.temp.l.4.& 5.Primum autem decretum non dat titulum,
ff.de dam.infect.ſi infect.ſi finita.§.Iulianus. Secundum decretum non con
ceditur, & ſi concederetur, ſolam poſſeſſionem concerneret. Ergo ſola tra-
ditione, ſi titulus non ſufficit, nec proficit, ff.de acqui. re. do.l. nunquam.in
prin. Dicendum eſt ergo ſecundum eos, quod uſque ad xxx.anno. audietur
miſſionem paſſus in reali: quanto tempore ſine titulo habili compleret pręſ-
ſcriptionem, C.de pręſcrip. xxx.ann l.ſicut.& l.ſi quis emptionis Cyn.au-
tem, qui hoc dictum poſuit in l.2.q.12. bene fatetur procedere illud dictū.
Dy.quod ſcripſi j̄.§. videndum.uer.hoc quoque.in fi.quod poteſt iudex ſta
tuere tēpus abſenti, poſt quod de proprietate non audiatur: ibi uide.etiam
ſecundum eū quod paſſus miſſionem in perſonali poſt xxx. annos non au-
diatur, improbat pro eo quia miſſus non poſſidet, & ſic nec vſucapere, nec
p̄ſcribere p̄t, ff.de acq.poſ.l 3.§.fi.de vſuc.l.fi.de re iu.li 6.Sed forſan gl.Dy
& alii uoluerūt dicere p̄ſcriptionē ꝓceſſiſſe nō in re, uel eius dominio, ꝯ iu
offerendi. Sed de hoc ſunt opiniones contrarię, de quibus de pręſcri. xxx
ann.l.cum notiſſimi per gl & plenius per Cy.ut dicit Hieronymus in Chro
nica, B.libidinem detrahendi, quæ viget in multis, vitare non poteſt, niſi
qui omnino nihil ſcribit. Eſt mirabile, ꝙ omnes notatores concordant cū
gl.detractores diuertunt: ſaltem diſtinxiſſent, an opponatur præſcriptio ꝯ
contumacem miſſionem paſſum, an vero contra tertium.
b c.fi. ¶ Vide j̄.§.iuxta.uer.quid ſi alius.& uer.ſeq.qui fuerunt etiam Baga.
& quod ibi remiſſi.
c Vero ſic. ¶ inf.§.uidendum.uerſ.ſed quæ eſt ro.quæritur, quare ſecundum
decretum interponatur in prima, & non in ſecunda.
d Reſpondeo. ¶ Secundum Rofr.de bo.aucto.iud.poſſ.circa medium, uerſi.
item quæritur, quæ ſit ratio.
e Secundum Roſ. ¶ Vbi ſ̄.proxime dixi.
f Reali. ¶ Defende Roſ.quia locutus fuit copulatiue, ut hic, non alterna-
tiue.
g Poteſt. ¶ Idem Dy.ubi ſ̄.q.9.ſecus autem de miſſo in perſonali, qui nec ci
uiliter, nec naturaliter poſſidet: quare tale interdictum ſibi competere nō
poteſt, ſecundum eum.
h Secundum eos. ¶ Hoc ponit Iac.ſub dubio forte.Hoſt.ut ſcripſi in decre.
contingit, ſuper vlt.gl.in fi.placet, ꝙ talis detentio, quam habet iuris & iu
dicis auctoritate, parit condictionem ex illa lege.
i Secundum Roſ. ¶ De primo decre.§.item quæritur, an.
k Autem. ¶ Ibi ſcripſi in gl.2.
l Quidam. ¶ Senedictus & Iac.Bal, uer.item quid ſi index. Ipſorum ēt fue-
runt allegationes in contrarium, quę ſequuntur. Io. de Deo. ponit hoc de
primo dec.in 5.col. ¶ Adde, an decretum ex falſa cauſa interpoſitum, ſit
ipſo iure nullum? vide Abba.Sicul.in capitu.1.in 5.col.extra de ſentētia,
& re iud.
ADDITIO. Adde tu Ale.conſ.9.inc.in cauſa & lite.in 1.col. uer.ſed
his.in 3.uol.& per Lu.Roma.conſ.454.incip.iure præſenti.col.2.uerſi.ter
tio ex regula.Henr.Ferr.
m Not. ¶ Secundum eundem Iac.Bald.uerſicu.quia iuſſus poſſidere. cu-
ius verba durant uſque ad uer.item ſecuedum Roſ.multæ tamen allegatio
nes adduntur.



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

plex ſurgit auxilium.¶Primũ,ipſum edictum ꝓhibitorium,per
quod ꝓhibetur,ne uis fiat ei,qui in poſſeſſionẽ miſſus eſt,ff. eo.
l.j.in prin.& §.hæc uerba.¶Secundũ eſt iudicis officiũ,cuius po
teſtate induci debet in poſſeſſionẽ,vel ꝑ officiales,ſeu ꝑ milites
a ad hoc deputatos [a],ff.eo.ſi quis miſſum.in prin.& l.ſuo.&habet
actor optionẽ,quod iſtorũ beneficiorũ malit eligere:ut in prę.l.
ſi quis miſſum.& ff.vt in poſ.leg.is cui §.miſſus.& hęc duo danẽ
ei,qui miſſus eſt, nondum tamen in poſſeſſionem venit, ſiue ſit
prohibitus ſuo nomine,ſeu alieno,ff.ne uis fi.ei,q in poſ.miſ.eſt
l.ſuo qui.¶Tertium eſt actio in factum ex eo edicto procedẽs,
qua fuit prohibitus:& datur miſſio in poſſeſſionem, ſi expellaẽ:
quia fruſtra in poſſeſſionẽ mittitur, niſi miſſus defendatur:ut in
præ.§.eſt autem.& §.hæc verba.ext. de ſimo, quærelam.in fin. &
de teſti.c.ex parte A.ver.mandamus,quatenus.extr.vt li.nõ cõ-
teſ.c.3.verſ.reſtituentes. & etiam delegatus poteſt miſſum face-
re,vt no.ſ.§ prox.ver.j.¶Competit etiam quartò cum ipſa acti
one interdictum reſtitutoriũ, ſcilicet ut per illud reſtituatur in
b poſſeſſionem:ut in præ.l.ſi quis miſſum.§. cũ pretor. Quidam [b]
tamen dicunt illud ſpeciale, cum mulier cauſa ventris mittitur
c in poſſeſſionẽ [d], quia dicit ſe prægnantem ex teſtatore.Cõpetit
autem præmiſſum edictum prohibitorium contra doli capacẽ:
vnde pupillus,qui non eſt doli capax,& furioſus,hoc edicto nõ
tenentur,ff.eo.l.j.§.hoc edicto.& l.ſuo quis.& ar.15.q.j. illud ꝑ
æquè.& §.j.& §.ſi quis.¶Item competit,ſiue dominus,ſiue alter
eius noĩe prohibeat,ſiue expellat:ut in præ.§ eſt autem.& §.hęc
actio.ext.de reſt.ſpo.cũ ad ſedem.& ext.de do.& con.cõtingit ſi
18 ue qs ſuo noĩe,ſiue alieno noĩe ꝓhibitus ſit,vt ſ.ver.ꝓx.†¶Por
ro hęres,à quo legata petuntur, non teneẽ legatarijs ex hoc edi
cto,ſi eos prohibuerit in poſſeſſionem venire, quãdo non ſatiſ
dedit de præſtandis legatis,niſi elapſi ſint ſex menſes à tempore
quo ſatiſdatio fuit petita,C.ut in poſ.le.vel fideicommiſ.l.certa
eſt forma.ff.eo.is cui ff.de iud.ſed & ſi 2.& ff q ſatiſ.co.de dic.ff.
19 ne uis fi.ei,qui in poſ.miſ.ſi quis miſſum §.j.†¶Hoc quoq; no-
tandum eſt, ꝙ hęc auxilia intra annum dãtur ad intereſſe tantũ
ff.co.l.j.§.hanc autem actionem. Actio tamen in factum duob.
caſibus perpetua eſt. ¶Primo quando hæres nolens ſatiſdare de
legato præſtando,prohibuit legatarios,ut in eod.§.¶Secundo,
cum ꝓhibitus ex cauſa damni infecti,fuit miſſus in poſſeſſionẽ,
vt ff.de dam.infect.ſi quis miſſum.§.hæc actio.& l.4 §.non autẽ.
Argument.tamen cõtra,quod perpetua ſit hæc actio,3.q.j red
d integranda. SOL.vt no.ext.de reſti.ſpo.c. 2. [d] ¶Item datur hæc
actio hęredibus prohibiti:non contra hæredes prohibentis, niſi
in quãtum ad eos peruenit,in præ.§,hãc autem actionem ¶Itẽ
ſecundum Roff.miſſus,eiectus,uel non admiſſus,habet ius,quo
ad petitionem & poſſeſſorium:quod dic,vt ſ.uerſic.ſed quid ſi.
20 †¶Sunt & alia remedia competentia miſſo,qui non admittiẽ,
ſcilicet quod prohibens in expenſis punitur:extrà,ut lite nõ cõ-
teſt.quoniam.§.in alijs.ext.de ſequeſt.poſſ.ca.j &ad intereſſe,
ff.vti.poſſide.ſi duo.§.fin.ff.ne uis fi.ei,qui in poſſeſ.miſ.eſt l.j.in
princi.¶Item quod eo non obſtante,quod non admittitur poſt
annum,ipſo iure efficitur verus poſſeſſor:extr. de do. & cõtum.
contingit.ff de bo.aucto.iud.poſſ.quamuis. ¶Item quod nõ ad
mittens poteſt excommunicari,ut in prædict. c.quoniam.in fin.
e & eodem titu.tuę [e].¶Item quod poteſt aduerſarium conuenire
quanti eius intereſt poſſeſſionem non habuiſſe,ff.uti poſ.ſi duo
§.fin.ff ne uis fiat ei,qui in poſſ.miſ eſt,l.j.in prin.Item quod ma
nu militari reus eiici poteſt,ff.eo.ſi quis miſſum & ff. de rei uen.
